



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 54. Berengarius Archiepiscopus Tarraconensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Nilominus, ne Disciplina Ecclesiastica negligi videatur, injunge eis pœnitentiam, eo modo, quo diximus, ut si quid humane fragilitatis in illo impetu mixtum fuerit, Dei Justitiam placare valeant.

Sæculum XI.
A. C. 1090.

§. LIV.

Berengarius Archiepiscopus Tarraco-
nensis.

Eodem anno millesimo nonagesimo Urbanus Papa circa Festum Pentecostes Concilium Tolosæ a Legatis suis celebrari iussit, in quo Episcopis diversarum provinciarum præsentibus complures abusus abrogati. Episcopus Tolosanus crimina sibi objecta Canonice diluit, & precibus Regis Castiliæ datum, quod Legatio Toletum fuerit adornata, quæ in illa urbe collapsam Religionem erigeret. Bernardus vero Episcopus Toletanus, Roma in Hispaniam rediens, huic Concilio cum Cardinale Rainerio, qui Legatus in Hispaniam mittebatur, interfuit.

Bertold.
1090 *Roderic. VI. hist.*
c. 27.
to. 10. *Cone.*
p. 426.

Rainerius in Cataloniam delatus, nomine Papæ recepit donationem Berengarii Comitis Barcinonensis, qui Ecclesiæ Romanæ urbem Tarraconensem propriam fecit, professus, quod ipse & Successores ejus eandem deinceps more Va-

Qq 4 fallo-

zelo quocunque, excommunicatum occidere, nefas esset.

Sæculum XI. fallorum tenerent, & post singula quin-
 A.C. 1090. quennia viginti quinque libras argenti
 pendere vellent. Ut hoc faceret, Berengarius neo electus Archiepiscopus Tarraconensis, & Episcopus Gerundanus, qui & ipse Berengarius vocabatur, ei auctores fuere.

Hac Donatione confirmata, haud difficile negotium fuit, Metropolim Tarraconensem restituere, utcunque Dalmatius Archiepiscopus Narbonensis adversaretur, qui de his certior factus, quæ Papa ad Principes Cataloniae scripsisset, Romam profectus fuerat, Ecclesie suæ causam defensurus. Interroganti Papæ, an privilegia haberet, a Sacra Sede accepta, ex quibus Primatum suum in provinciam Tarraconensem probaret, respondit Dalmatius, quod Ecclesia sua hujusmodi Tabulas aliquando habuisset, & speraret, se eas inventurum esse. Scripsit ergo Pontifex Rainerio Legato suo; nisi Tabulæ privilegii producerentur, cum proceribus illius Regionis ad restituendam Ecclesiam Tarraconensem incumberet. Tempore hujus litis conficta fuisse creditur epistola sub nomine Stephani Papæ (forte quinti) in qua præsumitur Papa, jubente Odone Imperatore (qui nunquam extitit) in Campaniam venisse & Trevis Concilium celebrasse. In ista epistola vero dicitur, etiamfi

to. 10. Conc.

p. 374.

App Marc.

Hisp. n. 44.

etiamsi Ecclesia Tarraconensis postlimi-
nio in statum pristinum restitueretur, Sæculum XI.
A.C. 1090.
eam nihilominus Ecclesiæ Narbonensi
semper subjectam esse oportere. Quid-
quid autem de hac epistola sentiendum
sit, Urbanus II. Papa, ea rejecta Jus Metro-
polis Ecclesiæ Tarraconensi restituit, il-
lucque Berengarium Aufonensem, cujus
maxime cura Ecclesia illa antiquum de-
corem recipiebat, transtulit, Pallium
concessit, & ei Successoribusque licen-
tiam dedit simul Ecclesiam Aufonensem
retinendi, usque dum Tarraconensis ex
integro fuisset restaurata. Hæc ex Bul-
la Capuæ anno millesimo nonagesimo pri-
mo die prima Julii data discimus.

§. LV.

Concilium Beneventanum.

Sub initium ejusdem anni Papa in Cam-
pania Romana commorabatur, & Bertold. an.
1091.
quamvis collecto exercitu facili labore
Romam intrare potuisset, Rebellesque
sibi subdicere, mansuetudinem armorum
violentiæ præponebat. Itaque Schisma-
tici in urbe viribus superiores Turrim
Crescentii, nempe Castrum S. Angeli,
quod huc usque pro Papa propugnatum
fuerat, subito impetu in potestatem suam
redegerunt, & capta sub idem tempus
Mantua animum addidit. Quippe Hen-
ricus Imperator, toto anno eam civita-
tem